

PRÆFATIO.

Lectoribus benevolis hocce specimen Academicum offero, non quod animus mihi ad scribendum sit incensus, non ut nova quædam in arte Apollineæ traderem, non ut nomen meum Auctorum numero adderetur, probe enim tenco quam difficile atque arduum sit, se auctoris vel scriptoris nomine dignum reddere velle; nil aliud L. B. me ad scribendum impellit quam recepta in hac Musarum sede et laudanda consuetudo, quæ eos qui Lauream doctorem sunt acquisituri jubet specimen quoddam eruditorum examini submittere. Huic mori obtemperare me devinctum sentio, & nil aliud me ad scribendum impellere candide profiteor. Multas sane amplissimus Medicinæ campus offert materies pertræctione dignissimas, cum vero talem mihi exponendam quærerem, quæ viribus utcumque par esset, et tamen utilitatis aliquid haberet, cumque diu de tali materia cogitaveram,

P R Æ F A T I O.

constitui, præmissis generalioribus nonnullis de hydropæ, tres communicare observationes, quarum præcipuam ultimo loco memoratam, suis in prælectionibus Auditoribus communicavit Clarissimus ED. SANDIFORT, præceptor æstumatissimus, de me meisque studiis optime meritus, qui et eam hunc in finem mihi concessit, tanto notabiliorem, quoniam Cadaveris sectio superaddita sit, et peritonei hydropem non parum illustret; duas autem alias debeo Viro Doctissimo, cognato honoratissimo A. J. 's GRAAUWEN praxin medicam in urbe patria felicissime exercenti.

Accipite L. B. hosce qualescunque labores æqua mente, animo benevolo, ea quæ omisi addite, vitia corrigite, si quæ hujus speciminis in observationibus certe omnis erit utilitas; si eas tradendo vestram approbationem sin meritis gaudebo, et si modo labor non displiceat gratulabor.

S P E-